



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XIX. De synagogis Iudaeorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

ANNO CHRISTI 1167.  
Iudæi per hoc Christianos, quos hostes reputant, fraudulenta machinatione venenent.

XIX.

Adiicientes vt si de cetero quocumque prætextu Iudæi a Christianis graues seu immoderatas v-  
\* f. parti-  
cipatio  
omnis furas extorserint, Christianorum eis \* participatio-  
 nem subtrahatur, donec de immoderato grauami-  
 ne satisfecerint competenter. Vnde Christiani, si  
 opus fuerit, per censuram ecclesiasticam compel-  
 lantur ab eorum commerciis abstinere. Principi-  
 bus autem iniungimus, vt propter hoc non sint  
 Christianis infesti, sed potius a tanto grauamine  
 Iudæos studeant cohibere. Si vero sacramentum  
 altaris ante domos eorum deferri contigerit, ipsi  
 Iudæi, audito sonitu præuio, intra domos suas se  
 recipiant, & fenestras ac ostia sua claudant: hoc et-  
 iam in quolibet die parasceues per prælatos eccle-  
 siæ facere compellantur. Ne præsumant de fide  
 catholica cum simplicibus disputare, nec filios &  
 vxores Iudæorum ad fidem Christianam venien-  
 tium inuitos audeant detinere. Nec Christianos  
 ad Iudaismum alliciant, aut aliquo ausu temerario  
 circumcidant: nec Christianos infirmos visitent,  
 vel circa ipsos exerceant opera medicinæ. Synago-  
 gam nouam non erigant: & si quas erexerint, eas  
 remoueant aut deponant. Vetustam, si opus fuerit,  
 reficiant, non ampliolem, preciosiorem, seu etiam  
 altiolem. Carnes in quadagesima, quando Chri-  
 stiani a carnibus abstinent & ieiunant, aperte vel  
 publice non deportent. Præcipimus autem episco-  
 pis vt ad hæc omnia obseruanda in singulis articu-

lis Iudæos per abstractionem communionis Christianorum compellant. Ipsos quoque principes ac iudices eorumdem districtius admonemus, ne Iudæis statuta nostra seruare nolentibus alicuius protectionis seu defensionis\* feruorem impendant: sed si aliqua eis a prælatiſ eccleſiaſticis iniungantur, ea fideliter exequantur, alioquin introitum eccleſiæ & communionem diuinorum officiorum ſibi no-uerint interdictum. Volumus etiam, & ſub pœna excommunicationis præcipimus, vt Dominus electus Saltzburgenſis eiufque ſuffraganei, nec non & epicoſus Pragenſis, has conſtitutiones noſtras ſigillo noſtro ſigillatas habeant, eaſque ſingulis annis in Synodiſ epicoſopalibus & in prouinciali Concilio faciant recitari, & diligentius obſeruari, & ea quæ tangunt laicos faciant per parochiales eccleſias ſuarum diœceſium publicare. Acta Viennæ anno Domini MCLXVII. menſe Maio, pontificatus domini Clementiſ papæ IV. anno tertio.

## NOTA.

\* *Concilium.*] Hanc Synodum, teſte Henrico Caniſio, admodum reuerendus & clariffimus dominus dominus Georgiuſ Lautheriuſ ad diuæ Virginis Monachii præpoſituſ, &c. (pro ea qua prædituſ eſt recondita eruditione, omniſque antiquitatiſ ſcientia) eruit e tenebris manuſcripti codiciſ, vna cum tribuſ aliis Saltzburgenſibuſ: quas ego ex primo tomo antiquitatuſ prædicti Caniſii deſumptas ſuiſ lociſ hic inferendas eſſe puſau. Huic eidem Vienneniſi Concilio Henricuſ Stero in ſuiſ annaliſ apud eundem Caniſii primum to- mum extantibuſ luculentiffimuſ teſtimonium præbet hiſ verbis: *Anno ab incarnatione Domini 1267. dominuſ Guido cardinaliſ, apoſto- lica ſediſ legatuſ, v. i. Iduſ Maii apud Viennam Conciliuſ celebrant, cui interſuerunt Joanneſ Pragenſiſ, Petruſ Patauienſiſ, Bruno Brixi- nenſiſ, Chunraduſ Friſingenſiſ, Leo Ratiſponenſiſ, Amalricuſ Lauen- dinenſiſ, epicoſpi, & alii quamplureſ de ipſiſ diœceſibuſ prelati, archi- diaconi, & decani: Hæc Stero in ſuiſ annaliſ.*